

6943—6945 Aversae in via Scalella in angulo domus Bisogniorum marchionum de Casaluce.

6943 in summo margine:



6944 in columna media litteris altis v. 1 m. 0.056, v. 5  
m. 0.047:

! / / / / / / / / / ^  
! / / / / / / / / / S  
! / / / / / / / / / V /  
! / / / ! S / / N Y Z / I V S  
5 AVG PONTIFEX · MAXIMVS  
TRIB · POTESTATE · VIII  
COS · III · PRO · COS  
VIAM · A CAPVA SILICE · STRAVIT  
III

6945 sublatis praecedentis inscriptionis versibus primis quatuor et quinti vocabulo primo litteris plane barbaris substituta sunt haec, quibus qui scripsit subiungere voluisse videtur quae ex priore titulo reliquit  
inde a PONTIFEX:

D N IMP CLVDI  
SILVANVS AVG  
BONO RIEP NA sic  
TVS

Repperit Frid. Duhn et bis diligenter descriptis, procuravit etiam, ut tertius certe titulus antea ex parte in muro latens totus nudaretur. Deinde a me rogatus Car. Zangemeister huius tituli causa Aversam profectus diligentissime eum examinavit descriptisque. Adnotat ad n. 6943, 1 non apparere, utrum fuerit VALENTINIANI an VALENTINAVS; n. 6944, 5 litteris AVG innexas esse sequentis tituli litteras TVS; n. 6945, 1 fin. qui cernitur ductus -/- supra 1, fortasse remansisse ex inscriptione secunda.

Secunda inscriptio Alexandri sit necesse est ita fere restituenda:  
IMP·CAESAR·M | AVREL·SEVERVS | ALEXANDER·PIVS | FELIX·INVICTVS | AVG;  
nullus enim praeter eum imperator invenitur, cui tituli satis convenient,  
quamquam proconsulis honorem Alexander rarissime usurpavit (vol. III  
n. 226). At inscriptionis huic substitutae imperator Clodius, id est  
opinor Clodius, Silvanus plane novus est. Nam unus qui regnavit  
Silvanus is qui a. 355 necessitate cogente Coloniae purpura sumpta vi-  
cesimo die interfectus est, quomodo Atellae agnosci potuerit Constantio  
legitimo imperatore degente Mediolani, non perspicitur. Hoc certum est  
non ante Constantium titulum exaratum esse, nam formula *bono rei  
publicae natus* ab eo inde frequentissime usurpata antea quod sciam  
nondum reperta est. — Marginis inscriptio sic opinor fuit: DD NN FL FL.  
VALENTINIANVS | ET VALENS cet.

6946 in Campania *all' Icuoli* (vocabulum hoc dubiae lectionis est) in  
angiporto MAZ.; quo quid significetur cum nesciam, huc rettuli, cum  
utraque inscriptio respondeat Aversanis certis.

S E N A T V S  
POPVLVS QVE  
R O M A N V S  
D · N · CLAVHA  
5 NO PIO FELICI  
AVG BONO REIP  
NAT . . .

Mazochi syll. ms., adnotans vv. 4—7 adiectos esse litteris foedissimis  
et superficie tenuis incisis. Ipse Aureliano tribuit; mihi constat 4. 5  
redire Clodium Silvanum.

6947 [= 934\*] Aversae STEPH.; in angulo fori prope ecclesiam cathe-  
dralem PRAT.; *al quadrivio di S. Martino all' angolo del palazzo  
Golia PAR.*; in angulo viarum S. Nicolai et Seggio DVHN.

XVIII  
S E N A T V S  
POPVLVS QVE  
R O M A N V S

Recognovit Duhn. Stephanonius ms. p. 443; Pratilli p. 201; Parente  
1, 226.

4 XIII Prat., quod cur maluerit, ex capitinis praefatione intellegitur.  
Eo magis diffidemus similibus titulis ab eo uno auctore prolatis nu-  
meros habentibus VII. IX. XIV. XVII. XIX. (n. 1030\*. 1031\*. 1033\*.  
1034\*. 1035\*).

6948 Similem praecedenti reperiri ibidem *diagonalmente a rincontro  
sull' angolo del palazzo* ait PARENTE 1, 226. Aversae in angulo  
viarum Seggio et S. Ianuarii columnam, quae similis praecedenti fuisse  
videretur, hodie erasam vidit DVHN.

6949 '(Miliarios) nullibi plures', Gualtherus ait in annotatione ad ta-  
bulas Siculas (1624) p. 156, 'ac in Campania offendit sub Traiano  
et Hadriano prescriptos, cuius primos Aversae monstravit Georgius  
Gualtherus iussu illustrissimi D. Caroli Carraffae Aversae praesulsi,  
Gregorii XV ad imp. Caes. Ferdinandum II nuper oratoris'. Quae  
quo proprie pertineant cum ignoremus, hoc loco adscribere placuit.